

quoi ita negotium | (23) datum erit negotive quid publice gesser[it] pe-  
quoniamve publicam dederit | (24) exegerit, eius rei rationem senatui red-  
dito refertoque in di[eb]us X proxume[is] | (25) quibus senatus eius muni-  
cipi censuer[it] sine d. m.<sup>5</sup> |

(26) Quei decurio municipi Tarentinei est erit queive in municipio  
Tarenti[no in] | (27) senatu sententiam deixerit, is in o[pp]ido Tarentei  
aut intra eius muni[cipi] | (28) fineis aedificium quod non minu[s] MD te-  
gularum tectum sit habeto<sup>15</sup> [sine] | (29) d. m.<sup>5</sup> Quei eorum ita aedificium  
suom non habebit seive quis eorum | (30) aedificium emerit mancupiove  
acceperit quo hoic legi fraudem f[axit], | (31) is in annos singulos HS  
n. I D D municipio Tarentino dare damnas esto. |

(32) Nei quis in oppido quod eius municipi e[r]it aedificium detegito  
neive dem[olito] | (33) neive disturbato<sup>16</sup> nisei quod non deterius restitutu-  
rus erit nisei d[e] s. s. | (34) Sei quis adversus ea faxit, quant[um] id aedi-  
fium f[uerit], tantam pequni[a]m | (35) municipio dare damnas esto  
eiusque pequniae [qu]ei vol[et] petiti[o] est. | (36) Magi. quei exegerit, di-  
midium in [p]ublicum referto dimidium in [l]udeis quos | (37) publice in  
eo magistratu facie[t] consumito, seive ad monumentum suom | (38) in  
publico consumere volet [licet]o, idque ei s. f. s.<sup>17</sup> facere liceto. |

(39) Sei quas vias fossas clouacas IIIvir IIvir aedilive<sup>18</sup> eius muni-  
cipi caussa | (40) publice facere immittere commutare aedificare munire  
volet, intra | (41) eos fineis quei eius municipi erun[t]<sup>19</sup>, quod eius sine  
iniuria<sup>20</sup> fiat, id ei facere | (42) liceto. |

(43) Quei pequniam municipio Tarentin[o] non debebit sei quis eo-  
rum quei | (44) municeps erit neque eo sexennio. [p]roxumo, quo exeire  
volet<sup>21</sup>, duovirum || a . . . . . (ex hac altera pagina plerumque primae tantum  
uniuscuiusque versus litterae supersunt, raro vocabula, sub finem autem haec)  
. . . | re . . . . | eas i . . . . | testament[o] . . . . . | facto mort[ui] . . . . . |  
oporteret . . . . . | item iei om[n]es . . . . . | sei ceivitate . . . . . | frau[de] . . . .  
. . . | a qu[o] . . . . . | eode[m] . . . . . | fine . . . . . | iuris . . . . . | de ite . . . .

*Tarenti rep., tabulae aeneae pars, continens paginam unam paene integram, alterius frustula exigua (Monumenti antichi della R. Accad. dei Lincei 6, 1895/6 p. 411 tab. XIV/XV, primus descr. Viola, vidit etiam Gatti, adnotaverunt de Petra et Scialoja. Nuper Mommseni causa relegit H. Schoene). Scriptura tabulae, magis etiam sermo, indicant hanc legem paullo antiquiorem esse quam eam quae praecedit. Est lex data (v. 8) municipio Tarentino (v. 11. 18 seq.), paullo postquam Tarentum municipium factum est, scilicet post bellum sociale, ante annum u. c. 692 (Cic. pro Arch. 4, 7. 5, 40). — Iam tractavit Mommsen Eph. ep. 9, p. 4 seq.*

15) Similia, nec tamen eadem in lege coloniae Genetivae (N. 6087) cap. XCI (infra p. 506). — 16) Cf. supra N. 6045; leg. col. Genetiv. (N. 6087) cap. LXXV; leg. Malacitan. (N. 6089) cap. LXII. — 17) Sine fraude sua. — 18) Cf. not. 8. — 19) Idem in lege coloniae Genetivae cap. LXXVII. — 20) Inse privatorum (Scialoja). — 21) Apparet agi de iis qui in aliam civitatem domicilium transferre voluerunt.